ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 20r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

partes tres · recte loquendi scientia · poetarum
et aliorum auctorum enarrationem | Scribendique
rationem | Attingamus ex his omnibus aliquid
quod tibi audire sit utile | et nobis dicere
non indelectabile · prima pars est recte lo-
quendi scientia | Rectam locutionem hoc loco
accipimus | que verbis aptis | et rite conuictis
enuntiatur | qui mos alias iniuriosa | et prorsus
minus iusta fuerit | Si ergo grammatice
recteque loqui volumus · ostendus est uborum
usus · quorum aliqua nova sunt | aliqua pere-
grina · aliqua simplicia · aliqua propria · aliqua
translata · aliqua usitata · aliqua ficta
Atque in his tota vis recte loquendi consistit
ut his apte compositeque utamur | Nostra
dicunt omnia que ab Italiis inuenta sunt
vt amor · lectio · scriptio · peregrina ex oribus
prope gentibus recepta reputant | vt a gallis
reda | Ab hispanis gurdi | qui vulgo stolidi
reputant | Ex theutonicis marchio | suffi-
nita vero ex graecis | Vnde romanus sermo
ut plurimum versus est | Et in verbis quidem
graecis utendum est declinatione latina
quousque patitur decor | ut plato palemo
non platon palemonque dicat | quia rectus
latinus in on | exire non consuevit | Nec tri
admodum absurde graeca quoque declinatio
nonnunquam recipitur | et presertim in carmine
ut apud virgilium | Audiat hoc tum vel qui
venit ecce palemon | et nobis idem alchimedon
duo pocula fecit | et orpheaque in medio posuit
et phillida amo ante alias | et aulai in medio